ce mortalibus, quod aut diuturnum aut in-
concussum esse possit, sed virtutem in vinculis
quoque dominari, et in densioribus adversitatum
nubibus clarius enitere. nec me terres ô
Princeps quod victus et inermis antè hoc tri-
bunal consistam. Satis enim armatus sum si
fortunae iniurias patienter sustineo, illud
me terret ne parùm fortis tibi videar.
quanquàm abundè invictus ero, donec Se-
decias ero, illud tantùm à te scire cupio
ô Imperator Rexne an Judex dum cau-
sam dico esse velis? Si Rex, quandò quod
animus infractus iubet dixero, Regem te,
~~non tamen abiectum: itaque si parcere de-~~
~~crevisti conditiones excogita~~ et quondam
tuum audire cogita; si iudex, miserum
non tamen abiectum: itaque si parcere de-
crevisti conditiones excogita Rege dignas
si scire mortem, quae et virum, et me de-
ceat inquire, mori etenim fortiter volo,
vivere parùm decorè nolo, eâ enim stirpe